

Ergo in servitute expetunt multa iniqua. Ecce scena Jacob. Ideo emphatice dicit: Tu nosti. Labanum haud latere poterat. Tu nosti servitute, quae non mihi, sed tibi servivi. Ita enim laboravi, ut fatereris, licet rumparis. Ita exacte, ut ianna praelusa sit malitiosae suspicioni. Servivi servitute quasi servus, cum non essem. Vigilanter Hispan. Como un negro.

Varietas Iustitiae.

24 Haec enim lubido praebavi pro expositione litterae. Versiones per illam sparsere ferè cuncti interpretes conveniunt in Idiotismo vel acculandi, vel auferendi casu. Tu nosti servitute qua servivi tibi. Rabb. Ionath. Servitute meam, qua servivi tibi. Perfic. Opus meum quo servivi tibi. Augustin. Servitute quam servivi. Hieron. Laborem quo servivi. Oleari. Operas meas. Caictan. Tu nosti, quod servitium exhibui tibi. Alij: Servitute, qua humiliatus sum. Alij denique: Humilitatem, qua servivi tibi. Ergo ad mores reformandos.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Servitute, qua servivi. Minime servit, qui servitute nocet: quippe obsequiosè deglutiatur notitia, & in pectore fit vomica.
2. Servitute, qua servivi: igitur in servitute divitiarum videtur imperium, modò evanescat servitium.
3. Servitute, qua servivi: etenim humilitas, dum tendit in servitute, obdunt exaltationem.
4. Servitute, qua servivi: quoniam amantis captivitas, est summa cordis libertas.
5. Servitute, qua servivi. Servit honor, ubi iurè maculatur decor: verum servit servitute, si liber crimine, splendor servit dedecori.
6. Servitute, qua servivi tibi: sanequàm non servit servitute, qui, cui servit, ad servitium non contemplatur praesentem.
7. Servitute, qua servivi. Modò ut servitium displicet, quod uti libertas placuit: tunc enim servitus cognoscitur, dum excutitur.
8. Servitute qua servivi: servitus sola est servitus libertatis; sed servitus cum exilio est servitus servituti.

DIDASCALIA PRIMA.

Ignominiosa conversatio susurronis.

Plutare sh.

Genius virulenti pectus, feminare discors in ter fratres.

Martial

Ure astruit Plutarchus libell. de Different. Adulator. & Amicit. igitur si detractio pestilens & nociva, conversatio susurronis undecumque ignominiosa; eum propudium sit vel perfrecta audacis frontis, feminare discordias inter fratres, nitente infamia in ingenuitate aliena: quandoquidem haud loquitur, nisi quia audiens non loquetur, vel ut loquatur quod loquitur. Hispanice: Malis, sepian, cuius officium solummodo discordiam fovere, & venena in exterminium pacis ministrare; ut fruatur pomo, modò Dex maneat in iurgio. Canit Martialis lib. 7. Epigram. 23. in Maledicum. Te fingente in fas, Pykladem odisset Orestes: Thesta Pirithoi desistisset amor. Tu Sienos fratres & mains nomen Atridas. Et Leda poterat dissociare genus. Hac tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis. Ut facias illud quod puto, lingua facit. Turpe quidem officium, sed iuxta meritum. 2. Susurro est, ait Alapide in Proverb.

26. v. 20. qui discordiam inter amicos seminat, dum uni apud alterum vicissim detrahit, eius dicta & facta referendo, & sistrè interpretando, ac exaggerando, imò ex se multa addendo, & affingendo: ipse ergo fomentum & stabellam odiorum & iurgiorum. Ars singularis est quam describit Bernardus in Cantic. 3. 24. Unus est qui loquitur & unum tantum verbum profert & tamen illud unum verbum uno in momento multitudinis audientium, dum aures inscit, animas interperit: liquidem eum sit malignitatis intuitus, quod velociter currat sermo eius; nanciscitur propositum, vel dum incredibile profert altè verbum, reanocente lingua, volante infamia; quippequam vel exponendo fidem dubiam, demonstrat dedecoris notam; pectusque puridum obtinet vota, quoniam eius intentum, quod dispalefecit notitia, cuius nec tenipus memoriam delect, sed rabo addat. My. Potius: Hem! O turpis futela! Haecine amicitia larva. Verba susurronis quasi simplicita, & ipsa perveniunt ad interiora. Incredibilem rem (inquit) narro, sed nar-

Qui si susurros

Alpid

Fiat ma linia.

Qua malitia summas

Prov. 26. 2.

fati

Species huius peccati.

Nocivior sub specie affectionis & commissivior.

Bernard

Calore voracitatis.

Unde cogitatur susurronis

Martial

Sidon. Apoll.

S. Bened

Colluvies maiorum ex susurronis.

Quare si nulli. E. uq?

rat: infamiam averfatur, sed prononciat. 3 Dicit Bernardus, ut per illum patet dolus, & fugiat pectus. Sunt species (in si) pestis huius, dum alij quidem nuad & irroverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractiois. Alij autem quodam simulata verendum fuso conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas praemittit alta suspiria, sicque quadam cum gravitate & raritate, vultu mesto, dimisit supercilij, & voce plangenti egredi maledictionem: & quidem tanto persuabiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde invito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè profervi. Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligo cum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquam innotuisset at quoniam per alterum praefacta res est, veritatem negare non possum: dolens dico, re verè ita est. Et addit: Grande damnum! Nam alias quidem in plurimis valet, ceterum in hac parte, ut verum fateamur, excusari minime potest. Hæc Bernardus: at qui sunt hi? Dicit ipse. Torquentur in bonis, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare proaces linguas in detestandum susurrium. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordat ad discordiam. Concordant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentanea malignitatis affectu, celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes & Pilatus. Facti sunt amici in illa die: hoc est, in die Dominica passionis. Heu pudor! Quid non audebit perfida lingua loqui? 4 Quoniam huiusmodi zyzanijs suffocatur fructus agri Patris-familias, & abundante iniquitate refrigescit charitas; quandoquidem ut canit Epollinarijs in Epitalam. Araneolæ & Polemij v. 60. vel in optimis, Hoc ordine cuncta rotari. Ss Legislator, Luxque Monachorum Benedictus ita proprios alloquitur Regul. Sanct. cap. 65. Hinc suscitantur invidia, rixa, detractiones, amulationes, dissensiones & inordinationes: & dum contraria sibi invicem Abbas Praepositi que sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari: & hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur paribus: cuncti in perditionem. à D. Gregorio Nazianzeno Orat. 3. contra Iulianum, Susurro confertur Etnæ; & iurè. Etna operiflammam nive, delectat visu, urit tactu: cui sane simillimus vis susurro; quippe ver-

bum eius quod videtur candidum, involvit subdole incendium. Verba eius videtur candida, & candore cordis aperta: verum candor solum larva: equidem dum promittit accedentibus candorem, evomit ignem: Haud habet nivem ut defendat, sed ut candore sine suspitione fallat: etenim igne dum nive fulget,

Candente favilla Attolitque globos flammaram & sidera lambit, Interdum scopulos, aculsaque viscera montis, Erigit cruciati. Ut canit Virgilius lib. 3. Eneid. v. 573.

5 Alliam timor causam, cur susurrones confertur Etnæ. Aliqui, ut refert Q. Smyrnæus lib. 14. arbitrati sunt ignis Etnæ perpetuitatem à nive nasci originem, quippe hæc flammaram pabulum, unde implacabile incendium. Per nivem designatur morum candor, per ignem verò susurronis furor: & merito similis Etnæ, qui flammam contegit nive; quippequam ignis malignitatis altians in putrido pectore, semper fovetur candore. In vitia quarit pabula, & eius ignis virtutes duntaxat efca: igitur querit candorem, ut convertat in fumum, vel materiam in incendium, pelus ore parulo inferni, cum ex morum candore fiat combullibile. Servitute servire: dicitur à Jacobo. Qui saluto notitia fervens, haud servit, sed officit: igitur dicit ut audiat, audit ut dicat: & dum hic inde detrahit, contrahit, pertrahit, ut notitjs obsequiosè serviat; utrumque in obsequio iugulat: nequique esse servitium, quod venenum.

6 Deliquit Cain interitu fratris, & super terram ingruit decretum maledictionis. Maledictus eris super terram: que aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quid Domine, qui iustus iudex? Quid fecit terra? In quo deliquit, maxime ubi sanguinem innocentem suscepit? Theatrum devenustatur per species representationum? Infelix sane theatrum. Sanguis Abelis tellurem purificat, neutriquam maculat. Fratris tantum est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: signa ne huiusmodi iudicatur supplicio. Sanguis Abelis purificat, neutriquam maculat. Fratris tantum est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: signa ne huiusmodi iudicatur supplicio. Sanguis Abelis purificat, neutriquam maculat. Fratris tantum est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: signa ne huiusmodi iudicatur supplicio.

7 Terram muta est, verum aperuit os suum. Pietas erat uticipere sanguinem inno-

Virgil

Forma incendii ex candore maris.

Genes. 10. 24.

Genes. 11.

Unius faciem bibi, & alius etiam mensorem dicit.

KKKKK cent

contem; sed ius erat; ora claudere post san- guinem. Amplecti congruebat effusi sancti- tatem crurioris, & crimen furiosi obtegere de- linquentis: maledicturque terra, & in ea fufurronis pervicacia; igitur indecorum, quod os non aperiat, nisi ut crimen palam fiat. Muta est, & dum valet huiusmodi ne- fas, necesse est ut puniatur iniquitas: igitur intolerabilis impudentia, relaxari in ora, tantum ut palefcent crimina.

8 Templum vocat Paulus pectus hominis, Nescitis quia templum Dei estis: Cor est factarium, os ostium. Fugiens con- fugit ad Ecclesiam delinquens, ut loci re- ligione sit impunis. Refugium est cor, ubi subfideat pietas, & ubi infelicitas colit pro- tectionis aras. Si deest in templo pectoris clementia, corda humana non possunt esse refugia: sed summa propudij, quod cri- men lateans in corde, expellatur per verbum ante ostium templi.

Turpius eiecitur, quam non admittitur ho- spes.

Qua patuit dextra firma sit ara mea. Inquit Ovidius lib. 5. Trist. Eleg. 6. Si non reciperet, non esset amicus. Recipiens, ex- pellendo confugientem, patet perfidus: et- nim non recipit ut amicitia recipiat, sed ut exponat: magnique doloris infligitur vulnus, ubi crimen confugit quasi in sacra- rium ad amici pectus, & recipit amicitia, non ut securè quiescat, sed ut prodar: si- quidem inimè pungit, factum per digna- tum amicum, quod hostis etiam averfaretur odium. Proh dolor! Offendere pectus sine dolo, est dolus abstrusior cordis, quem cogitat cor perducellis; & ut nanciscatur in- tentum per meditatam fraudem; construit fraudem ubi amplius in amicum ostendit si- dem.

Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Si labia dolosa, sanè cum duplici lingua. Labia dolosa, & corde locuti sunt: In incognita loquela cordis, dum iuxta cor sunt verba, micat veritas: & tunc sus- picanda cordis perfidij salutas; quippe tunc cor plenum fraude, ubi in verbis videtur apparere. Vernacule: Es mayor la alevo- sia, quando parece les viene el corazon à la boca. Dolosa sunt labia, & fallacia verba, licet appareant ex intimo cordium in au- rium egredi lenocinium. Haad quia audia- tur sententia cordis, fidendum gratiè calli- dè diffuse in labijs. In corde & corde locu- ti: & ubi duplicia corda, duplicia verba. Plena sunt dolo, quo magis imbuti dulco- do: ideo ingenuus albis vicioribus dum si- denter trahitur, traditur & astute decipitur;

quoniam quæ dulcia videntur verba; in corde plena malitia. Hinc ut latentem effu- giat Propheta dolum, invocat Deum. Sal- vum me fac Domine. Solùm pectus cognos- cere, quod pervenit ingenio perfidia, qui scrutatur ut verax renes & corda.

10 In corde & corde locuti sunt. Duple- x cor habent, ut perdices Paphlagoniæ Aliud (subdit hic Genebrardus) in ore, aliud in pectore. Unum interius latens per- versum: alteram foris apparens, & verbis ostentatum quasi rectum. Itcirco labia do- losa, & securior fraudulencia: etenim nanciscuntur cordis latentis prodicionem, ubi al- terius cordis explicant in verbis simplicita- tem. Aliud cor in ore, aliud in pectore, si con- siderantur verba corde in labijs scripta, veritas patet, cum cor videatur in ore: & tunc verba cum corde abundant astuta va- fritie; quoniam stat dexteritas versipellis, in eo quod molitur prodicionem, cum ex corde videtur exponere veritatem. Ecce do- losa labia & geminata corda, arte maligni- tatis, studio simulationis: igitur cum sit ve- ritas, quæ habet à corde principium; ex principio veritatis efformant dolum: quan- doquidem fraudis artificia cogitant, ut ve- ritate decipiant.

In corde & corde. Loquuntur ex corde, & insidiantur, tunc dum corde loquuntur. Sententiæ ex corde in corde suffragatur: & re- fragatur labium: & stat versipellium artifi- cium, quod simulat cor, nulla intentione ficta, & veritatis larvâ ostendens pectus pu- rissimum; in corde simul concinari do- lum. Frequenter construitur fallacia, si alia labia loquantur, alia corda. Quia obnubi- tur pectus, lateat dolus. Ars malignitatis plus cogitabit, ut vel amicos deciperet: etenim noculores latent fallaciæ, patulo pectore; cum obviet ingenuitas insidij, ubi fulgore allicitur veritatis, & securius decipiatur, dum nudo pectore quasi in manu cor habet- ur.

11 Bifrons apud Priscos pingebatur Iau- nus, sed cum clave, ut observat Vincentius Chartarius in Iani imaginib. fol. 29. Clav- is est instrumentum, quo patet occultum: dua facies, geminatas portendunt inten- tiones. Si hæ nascuntur è duplicitate pecto- ris, in cognitionem necessitate profectò bi- nae claves, ut cognoscatur dolus, quan- tumvis nudum sit pectus: igitur sine dupli- ci clave, ignoratur quid lateat in corde & corde. Huiusmodi imago pulsar ianuarum cautionis, ne simplex quæ fugit, exhauriat venena fraudis. Etiam dum videtur cor, suspicio prudentiæ sit: quippequam teme- ra-

Verf. 23

Genebré

Sufurro positur proditio- ne, verborum simplicitate.

Veritate decipit.

Dum lra quæ fa- vet, corde nocet.

Secura fallacia patulo pectore.

Iantri bifrons qua re cum clave pta dunt Sufurro duplici lingua, facie & corde. Cantiofti de fufur- rone.

Aperit ora, tantum ut palefcent crimina.

D. Cor. 3. 16. Pectum quod lateet in pe- ctore, videtur in ore.

Ovidi

Quand- tum de- decit Ab ami- cum gravi- ssum.

Extremu fraudis nuditate pectoris.

Pfal. 11. 3.

Ar. fute- la, corde loqui & corde fal- lere.

Ubi du- plicia cor- da, dupli- cia ver- ba.

rarium non portare clavem, & clavem dupli- cem; ut fores aperiat cordis, habentis dupli- cem faciem.

12 Hæc est origo malorum, atque fontes discordiarum. Vel Ethnicus cognovit canens Satyr. 3. v. 105.

Alienum sumere vultum. Igitur vel facies peccatorum sumunt, quippe viam pacis non cognoverunt, studentes ex Tacito simulationes, hinc inde verba portant, circumquæ trahentes, undique detrahentes, & ibicque recabentes. Videtur in Ioannis prima visione symbolum fufur- ronis, & officium huius artis. Habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat. Haud parit malignitas, estò videat resurgentes stellas. Splendor rutilat, & ideo gladium & in ore præparat; quippe indulget genio, quamvis nitor sit in manu. Vividè dialecto nostra: Aunquæ lo palpe. Fulgent stellæ, verum gladius est in ore. In ore? In ore sunt verba, nequaquam iacula: & gladius est in ore, quando rutilant stellæ; quoniam verba fufurronis minimè produntur, ut splendorem plaudant, sed ut lucentes tam- quam gladio proficiant. Gladium stringit, ubi aliquis luceat, disponens in labijs gladij acutissimam aciem; quoniam gla- dius fufurronis frequenter in splendorem: haud ut amplius lumen mittere, sed ut fecerit.

13 Expertus fuit regius Psaltes mali- gni pectoris & genium & mores; unde que- rulus exclamat in fufurronem Doëg: Tota die iniustitiam cogitavit lingua tua, sicut novacula acuta fecisti dolum. Singula expo- nenda. In templo erat isthuc fufurro, nec peperit templo: igitur haud illic aducunt titulo religionis, sed genio curiositatis: non ut orient, sed ut elamere: haud ut corda lau- cia criminibus, dolorem depromant steti- tios vagos oculos, templum lustrantes ut spiculentur excentes atque ingredienti- bus: etenim licet domi quiescerent, & gressus in templum gravent; benè patientes erunt, ut annuntient.

Tota die. Quid nisi fufurro ex haccine occupatione? Nihil agunt, & ut agant, de- trahunt. Dicunt omnia quæ vident, in his student, quoniam magis merentur notitia verâ vel falsâ, quam per officia: & ut fruantur præmio nobilioris ministerij, pervagan- tur tota die; astruentes ociositatem, cum pro ministerio eligant murmurandi occupa- tionem. Hinc sequitur quod Iniustitiam cogitavit. Quid ergo inde? Davidi ne nocu-

Inveni

Apoc. 1. 16.

Detra- tor vel splendorem car- pti.

Verba eius iacu- la.

Pfal. 1. 3. 6.

Fingit causam religio- nis, in ci- eum cu- riofitatis

Murmuratio fi- lia ociofitatis.

mento fufurronis cogitatio? Modò nil fecerit, quid quod cogiter? Maximi: igitur cum nihil mali videat; ut male agat in cunctos, dicit quod cogitat. Iniustitiam cogitavit lingua tua. Lingua non cogitat: utique, sed malignitatem aggravat, ut esset in cuspidè linguæ, quod erat in eius cogita- tione. Ideo dicitur Iniustitia. Non esset charitas, si diceret, quæ vidisset: verum intulit- tia, ut diceret, quod nec infamatus cogitavit; & exponeretur pro veritate, quod excogita- vit ille.

14 Cogitavit lingua, sed ut novacula. Infelix honor & integerrima fama, si in novaculam convertitur lingua: etenim in ore haud collocant verbum, sed penetrabili- lem gladium. Hoc dedecus à perisque vocatur honos: quippequam modò plaudan- tur acuti: flocci pendant, quod acuitas sit ut novacula. Perpendamus acumen. Sicut novacula acuta fecisti dolum. Dolus maxi- mus est in eo, quod fugiat sensus, ac stru- ctus, lateat nocendum incognitus: & acuta novacula confert dolum; quoniam maxi- mum iam habetur, dum vulnus à tolerante sentitur. Sicut novacula acuta. Novacula acuitur ut superflua fecerit, & temerata aut putrida munder: & dolus fufurronis novacula acuta iure proponitur similis; quoniam dum videtur amputare superfluum, refecat inno- centem usque ad vivum. Non radit, sed scarificat: non mundificat, excoriat; & simulat arte fraudem, ut ad instar novaculae ad vi- vam detondeat cutem.

15 Hoc est delatoris officium & in- tentum præfaga nare, ut veniat in cogni- tionem ignis indicæ umi: at summitas huius artis adhuc exhibenda in Ioannis auctori- tate præfata. De ore gladius utraque parte acutus exibat. Quid est Utraque parte? An quia duplici cuspidè? Haud dissonè cogitatur, cum delator nequeat vulnerare, quin vulneretur, & possit cognoscere au- diens, quis sit sator murmuris, ex delatione fratris: imò potest levi reflexione cogitare quod qui fratris, esse poterit audientis.

— Aures Aggreditur: sub voce pia sermone maligno Invidiosus adit Uti inquit Dracontius de Oper sex die. v. 259. An quia gladius duplici acie? Utique. In hoc floret ingenium fufurronis, & bifron- tis audacis. Dum faciem ostendit duplicem, habet gladius linguæ duplicem aciem. Hinc profcindit innocentem, illinc apud vulnera- tum auditorem, sibi utriusque contractâ ama- tita, & inter socios feminata discordia, ita ut apud quemque cuiusque conversationis sem-

Delator non dicit nisi quæ cogitat.

Et in li- gua cur novacula & acu- tas

Inferi vulnus, quin sen- tiat san- guis.

Dum vi- detur ve- scere sa- perna, vivit ut viscera.

Ubi sup- vulne- rant vul- neratur.

Dracon.

Et vulna- rat hunc & illum

per sit linguæ promptissima accessitur delatoris vafri langueret ingenium, & sepe com- modum ex duplici facie, in gladio linguæ re- feceret utrumque. Patrio sermone vigilan- tissimè: Porque mira à dos hanc, tiene dos cortes.

Iudith. 2. 16. Eius ver- ba sunt vulnera.

Vulnera signa- tes & nō profere- te, notio- res sunt detracta- res. Verba fe- ta, am- pliora vulnera.

Ier. 47. 6.

Lingua furro- nis gla- dius sibi- etas.

Dam- lo- quitur, fecit. Vel ta- cētō sau- ciat.

Perf.

16 In ore gladij phrasit est vulgaris Sa- cræ Scripturæ. Num habet os gladius? Ha- bet, cuius aciem dicit vulnus. Sumitur me- taphora ab operatione oris, ut exprimat periculum vulneris: igitur lethale profectō vulnus, quod infligit gladius linguæ, si eva- ginatur ab ore. Lingua loquitur, gladius vulnerat: & os gladio meditante confertur, quoniam unico verbo fama percutitur. Sunt gladij in pugnam, & in nubram aut pale- stram. Illi acuti, hi obtusi orbiculati. Hispan. *Espada blanca, y Espada negra.* Utriusque muncere lingua fungitur fufurronis, dum ul- trō citrōque defert rumores latentes: igitur ab illa qui non petitur, ad minus aliē signa- tur. Clarius. Gladius vulnerat, qui obtusus, duntaxat signat. Profundius nonnumquam felet signum, quam dolor vulnere: igitur magis verbis, mysterio plenis, transfadigitur anima, quam quæ signat tamquam obtuso gladio perfrida lingua. Perfrida profectō, cum amplius vulneret tacens, quam verba pro- ferens.

17 O macul! Usquequò non quiesces? In- gredere in vaginam tuam, refrigerare & sile. Ita exclamant Ieremias: siquidem omni- nō durum, non posse movere gressum, quin post tergum habeat timor, vel ante lumina gladium. Usquequò non quiesces? Nec inno- centia immūnis? Flamma est lingua fufurro- nis: flamma non quiescit. Vel atomi minu- ta volitantes seruiant in fomitem, sicut car- bones ad prunas, & ligna ad ignem. Sint igitur hæcine: verum gladio, *Sile!* Loqui- tur: Lingua loquitur. Quod potest loqui, silete dicitur: & quod proprium linguæ, di- citur gladius; quippe in delatoris verbo, haud verbum videtur linguæ, sed os gladij. Lingua dicendum *Sile!* gladio verò. In vul- nera quiesce: mutanturque voces, quia in gladio & linguâ eadem proprietates. Gla- dius igitur si movetur, faciat: & vulnus gladij, lingua delatoris Vates accommodat; quippe cum loquitur, fecat. Aptius pro- positio. Gladius omninō mutus, sed con- suldō dicit Vates, quod sileat gladius; ut conflat summitate artis; quanta malignitas detractoris: igitur vel dum præ pulchre ta- cet, magis scindit. Notat Persius Satyr. 3. v. 80.

Figentes lumine terram, Aturmura cum sceli & rabiosa silentia rodit.

18 Altius est vulnus. Intolerabile qui- dem, ubi in colloquio colore charitatis di- citur ab aliquo (sepe polluto, qui proci- dens cavens exulcerari vulnere, desiderat proci- dens aliena corda, quasi fatis defideria) *Tacet. Resectatur sermo ad alia. Quis ego: Capita pessima. Vos nescitis quicquam. Si peccatus aperiretur: Quanta latent!* O dæmon! O mu- cros! *Sile.* Profert potius venena, que minis prolata nocua. In hoc excitas curiositatem, in illo altris suspicionem, in alio confir- mat fidem: apteque uniuertur silentium & gladius, in immedicabili vulnus; quippe- quàm dum loquens tacet, profundius fam- mam profendit. Modò vel dubia locum habet Bernardi sententia, & digna censura. *Porrò detrabere* (dicit lib. 2. de *Consilio. ad Eugen. cap. 13.*) *aut detrabentem audire, quid horum damnabilis sit, non facile dixe- rim.* Haud maledici essent, si nullum aulca- torem invenirent.

19 Observemus fufurronum pefsi- mam indolem, ac in pestem virulentam me- dicamen. *Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardabit: & si expueris super illam, extinguetur.* Utraque ex ore proficiuntur. ait Siracides. Videat, ut ponatur, dan- num lingua nequam, igitur ex scintilla non sopita tantam contemplantur flammam. Quæ erat scintilla levis, apparuit ignis: & lingua pessima arguitur; quoniam si flaret, extin- gueretur; patetque malignitas peccatoris ba- larionis, dum patet ignis; igitur flatu in- cendit, quod flatu extinguere posset. Scin- tilla parvi momenti, verum sedet in titione. Materiam prompta crevit flamma, & con- flagrant univerfa, quoniam titionis favilla, crepans incendio, quæ arceri poterat flatu. Inolevit scintilla, quippe in torre concepta. Plurimi ad altar titionis modò urant, parvi- pendunt, quod ardeant, & flamma pereant. Favilla ore conflat, ore extinguitur. Ni insuffletur, favilla peribit; si insufflatur, exar- dabit: palamque fit ingenium malignitatis, in conflagratione honoris, fomitem flatu præbe- re, qui debet ignem extinguere.

20 Deinde. De fufurrone & maledico bilingui loquitur Siracicus: ideo addit, *Suf- furro & bilinguis maledictus.* Ceterum quid quod scintilla possit ore exardescere, vel ex- tingui: Ut itudeat audiens medicamini, & honoris protectioni. Scintilla noticia volati- lis est: flare congruit fufurroni, expuere au- dientem: igitur si audiens noticiam, detracto- rem expuerit, delator nequaquam scintillam sufflavit. Expuat audiens, ne crecat ignis dedecoris insufflatu fufurronis: quippe nullo modo insufflaret, ni aliquis luvitō audiret.

Sepe quod- dammodo, macula re tentat proximo

Minu- nocent dedecora clara, quam se- miprodi- ta.

Bernar.

Ubi pec- cat defe- rent, pec- cat au- diens.

Eccle 28. 1

Sepi- moti uti- citur favi.

Flaturæ fecit.

Modo quo con- struitur, extingua- tur.

Verf. 15

Audiens respuat fufurro- nem.

Ex-

Sufurro non efficit, ni auditio remittat niret.

Respu- tur & spuat.

Si credi- tur dela- tor, pol- luetur quilibet honor.

Genef. 31. 19.

Que ido- la Labat.

Sufurro- nes digno- nes.

A pluri- bus ado- rantur.

Verf. 30

Nequet- viversi- ne ru- musculi

Curiofi- tat & do- mi non- habet, ex- tra que- rit.

Verf. 34

Profunt- buis/mon- di idola prostrata, non ada- rata.

Expuere, non solum est despiciere, sed deride- re. Spuimus quod displicet: & scintilla ru- moris ignem flatus, nequaquam accenderet, si expuere quod insufflaret. Utrumque ab ore nascitur: & qui flatu loquitur, haud lo- queretur, modò dum profert linguâ igni- voma flatum, in audientis ore videret præ- paratum sputum. Neutiquam delator flaret in scintillam, si audiens spueret delatoris flammam: sed ille suggerit, quoniam hic minime conspuat. *Si expueris super illam.* Floride & opportune. Sputi portionem fo- ris vibramus, & partem in faucium humidi- tatem deglutimus: & ubi Siracides loquitur de fufurrone, apponit meditante *Expuere;* ut conflat quando & quibus valeat fufurro, vel eius maligna voto fraudetur intentio: igitur nec scintilla stabitur, modò audiens spuat; & vel scintilla ardebit, modò insuffla- ta deglutitur.

21 Contemplor genium in Labano, flagrantem fufurronum desiderio. Idola il- lius iuxta opinionem Rabb. Salomonis & aliorum, erant figuræ quæ eius revelabant auriculam summæ curiosam; igitur illum vel ex occultis minime latebat quicquam. Proferebant quæcumque facta in familia, ut ille sese gereret iuxta monita. Hinc *Rachel furata est idola patris,* ne illum monerent itineris. Si verum, sanè ministerio dæmonio- rum. Quinam possent esse fufurrones, nisi dæmones? Imagines sunt loquaces, quæ mendacis obtinent fastigium honoris, rumo- res varios spargentes, vellentes popymate aures, in quarum figura totum vox, nilque præterea. Proh dolor! Tanta est proclivitas in curiosâ, vel ita dulcisa venena, quod ha- iusmodi figuræ non solum, quærantur, sed toto corde adorentur.

22 Perpende. Fugerunt filix, & La- banus tantum fatagit de idolis. *Cur furatus es Deos meos?* Quid quod inanes despiciabi- les imaguncule pereant? Quid quod, uti ius erat, iaceant? Gratulari sibi poterat de ex- pulsione figurarum, siquidem nocua semper foctas dæmonum: & querit: & de priva- tione optabili queritur. Vixerat cum illis, & sine illis moriebatur. Cuncta nunciabant, per illos fiebat cuncta: & ita urget in fufurro- nes amentia; ut non tantum diligeret, sed longè stantes extra domum quereret. Locum aptum constituit illis Rachel. *Abcon- dit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper.* Huiusmodi malæ bestie sub came- lorum stramine. Ecce locus fufurronis: ita deludetur sollicitudo querentis: disponitur- que à spuente tamquam altare cistella, ubi ab audiente adorantur uti idola. Pestis Rei-

publicæ delatores, qui habito malignitatis, mentiantur vel in multitudine virtutis. Im- minuta sunt veritates à filiis hominum: quid à studio malignantium? Præcipitationis sunt verba, modò ducatur auri linguâ do- losâ: igitur pro palato deglutantis undique circuit, querens quem devoret. Prædio- sa omnino occupatio, si necessarium silen- tium ministerij, ut sagittent in occulto re- ãor corde. Vel incogniti verecundantur: quid enim, si agnoscerent?

Si genus humanum & mortalia tenuit ar- ma; At sperate Deos memores sandi atque ne- fandi.

DIDASCALIA II.

Infirmi animi est, pati non posse divitias.

1 Ingeniosè exclamant Stoicus Cor- dub. *Epist. 5.* Hoc enim Crates Seneci fecit Philosophus, & multi alij divitias con- temperant: verum languent expellere animum. Hinc vivide Horatius lib. 2. *Satyr. 3. v. 99.* deridet stultitiam, quam cogitarunt ut gloriam.

Quid simile isti Gracis Aristippus? Qui servos proicere au- rum

In media insit Lybia. Uter est insano- rum horum? Nil agit exemplum, litem quod lite resoluit. Infirmi animi est, pati non posse divitias, quin cogitent opibus aras. Haud in despe- ctum divitiarum, quod ritè & rectè per- tectus, sermo dirigitur; sed in affectum haben- tium opportune reflectitur: quippe venena non sunt in opibus, sed in affectibus. *Nihil interest* (subdit Senec. *Epist. 119.*) *utrum non desideres, an habeas. Summa rei in utroque est eadem. Non torqueris. Neque illud præ- cipio, ut aliqui natura neges. Contumax est: non potest vinci suum possit: sed ut quic- quid naturam excedis, scias precarium esse, non necessarium.*

Imperat aut servit collecta pecunia cuique Tortum digna sequi potius quam ducere ju- venem.

Canit Horatius lib. 1. *Epist. 10. v. 47.* Non est medium: verum rationis propudium, quod eius indulgentiã amplio- rem con- struentes liberarem, disponant divitiæ do- minantium servitorem. *Servitutum servitæ* dicitur à Jacob. Est num servituti sine ser-

Virg.

Seneci

Horat.

Pennis non sunt in opibus sed in af- fectibus. Senec.

Horat.

Imperat, ni servit- aut.

Gen 30. 26.

VI.

Dura ser vitio.

vitio? Utiq; in animo avaro: quippequam, ut seruiant habentur opes, & habentes ut domini seruiunt diuitijs. Imperant vel seruiunt: & patet dedecus animi, dum pati possunt imperium, illarum pati dominium. Trahunt, ni trahantur. Apud cordatum virum sunt in seruitio, apud stultum in imperio: arguiturque stultitia, huiusmodi captiuitas animi; quoniam stolidum, illarum subire imperium, dum ex imperandis facere potest mancipium. Hæc est ditium calamitas, videlicet pati non posse diuitias. Habentur, ubi habentes non patiuntur: habentur dum seruiunt, nequaquam si dominantur: claretque animi fordidi indicium, diuitias non posse habere, quia seruitium possit pati.

Psal. 61. 11.

2. *Diuitia si affluant, nolite cor apponere*: inquit Regius Vates. Quid quod apponatur cor? Ne cordis appositio fatuitatis signum sit: eteum qui sine corde, non sapit: imò desipit, etiam possit habere in opibus seruos, & opes patiatur dominos. Vita habetur à corde, vitalitatis origine: & diuitijs minimè apponendum cor; ne vivat magis in opibus, quam in se. Si cor habetur extra diuitias, & cor & diuitia habentur: si cor est ubi thesaurus, pectus sine corde & vita est; quoniam thesaurus est cor: & cor diuitijs non apponendum, ut cordi maneat vitalitas; quoniam avari positus vitam derelinquent, quam diuitias. Cor non est apponendum, etiam affluat aurum; quippe si apponitur, rapitur: probrumque iure patet rationalitatis, quod rapiatur à diuitijs.

Vacordes sunt.

Cor ubi sit quaris vaga & ex cors? Scilicet hic est.

Hæsten.

Est ubi quod proprio plus tibi corde placet. Canit N. Hæstenus in Schola Cord. lib. 2. lect. 4. Perperam, cum dicit homo: *Cor meum dereliquit me.* Vivet sine vita, quoniam anima mortua: & verè cor relinquatur sedes dilectionis, ubi diuitijs apponitur cor; igitur diligit diuitias ac fortunas plusquam se.

Psal. 39. 13.

Eae dili. gunt plus quam se.

Non dili. gunt di. vitia.

3. *Nolite cor apponere.* Appositio cordis, est dilectio, que supervacua, ubi non est redamatio, maximè quum magis prodest odium, quam obsequium, quod nullum producit usum: & non apponendum cor, est opes inligens sine; quippe non malum illas habere, sed cor apponere: igitur habenda ut in usum seruitio mancipentur, nequaquam ut diligantur. Nota. *In manu Scraphim erat calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Calculus & significat prunam, & gemmam pretiosam. Patet usus diuitiarum & avaritiæ tormentum. Si utuntur, diuitiæ

Mai. 6. 6.

sunt: prunæ, si apponitur cor: igitur dilectæ convertuntur in ignem, amittentes amore pretiositatem: velligiaeque videntur fatuitatis, quod appositio cordis, dives inutentes habet prunas, cum possit habere gemmas. Pro usu illarum æquiuoca vox exponitur, ut diuitiæ tamquam opes habeantur: siquidem, cum non sint opes, dilectæ, quia in tormentum percutantur dilectiones lamentabile planè, congregare prunas quibus anima uratur, dum potest habere opes, queis in usus delectetur. Hinc forcipe tollitur, quod in ætæra splendet; quippe lucendo nocet. Uruntur divites splendore opum, dum opibus non splendent, sed splendore fordent: cautèque acceditur, quò lucet gemma pretiosa; ne sit pruna ex abusu que lucens gemma.

4. Pluto fingitur Deus diuitiarum & tormentorum: ut observat Natalis Comes lib. 2. *Mytholog.* cap. 9. igitur infernus fœra, modò diuitiæ convertantur in tormenta. Opes tormenta non sunt, cum per illas arceatur necessitas: sed convertuntur in flammam ubi ni expendantur opes, à ditibus sustinentur extreme necessitates.

Itum est ad viscera terre: *Quasque considerat, Stygiæque advoberat umbris, Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Iamque nocens ferrum, ferroque nocent ius aurum.*

Succinit Ovidius lib. 1. *Metam.* Fabul. 4. Condidit natura ad usum: recondit, ne homines ab usu invenirent nocentum: igitur quas obtulit in delicias, fœtu affectionis opes commutarunt in flammam. Quasi non essent pœne, effodiuntur opes. Natura advoberat umbris, ut avenes tererentur flammis; quin possit vel fumis tormentis avaritiâ compefci, nec experientiâ dampni: quandoquidem homines opibus studentes proprio damno, quò propiores opibus, magis appropriant inferno.

Sevior ignibus Etne *Fervens amor ardet habendi. Hæc primus quis fuit ille, Ausi qui pondera tecti, Gemmasque latere volentes, Pretiosa pericula fudit:* Canit Sever. Boëtius lib. 2. *Cons. Philosoph.* Metr. 5. v. 25. Pretiosa sunt, sed pericula: & pœnis, quod fiant pericula, ex his que natura ad usum ministravit ut pretiosa.

5. Scrutemur causam. *Simulachra Gentium* (inquit David) *argentum & aurum.* Non solum David invehitur in idololatricam, sed in avaritiam; igitur nil interest ad

Quando di. vitia non di. vitia, sed urentes prunæ

Quam nocua er ga illas dilectio

Pluto Deus opù & crucia minum Nat. Com.

Ovid.

Opes irr. iamenta maiorù.

In infer. min ca. teng.

Boet.

Quæ in di. vitijs pretiosa sunt pericula. Plal. 134. 25.

Avari illa non cognoscunt Deitatem, præter di. vitiarum numen.

Habent, ut idola.

Cur Mo. neta votundat

Quar. tin Mon. ta te abrax Deitas?

Petro. n.

Idola vo cantur dolores. Hebr.

Numer. 23. 21.

Nocent opes si venierantur habent.

EKO. I 2.

ad minuendum sacrilegium, quod idolum sit aureum, vel sit ligneum. Argentum & aurum dicit, & simul aviditatem pectoris insatiabilem exponit: siquidem dum explicat pectus Deitatis cultum, haud alios habet Deos nisi argentum & aurum. Non signat Prophetes simulachra gentium ex argento & auro; sed argentum & aurum esse simulachra gentium. Ex his metallis sunt, at hæc metalla non sunt. Haud pender formatio ab entitate, manat ab adoratione: dum apponantur corda, sunt simulachra; quoniam diuitias habent ut idola. Si ex argento & auro essent imagines, Dijs vel falsis dedicarent opes: sed non ex auro erant simulachra gentium, sed argentum & aurum; quoniam diuitias non habebant, ut haberent, sed tantum ut adorarent.

6. Moneta symbolum fuit Deitatis, ut refert Codinus de *Dijs Phœnicum*: ideo circulari figura moneta, vel propter signandam æternitatem, uti observat Pierius Valerianus lib. 39. cap. 14. & 16. vel quia Deorum propria figura rotunda, præut astruimus Tom. 1. *Tautolog.* 2. *Didasc.* 12. num. 8. Ipsdem insignibus figuratur Deitas, queis designant diuitias, ut Dijs non querentur de adoratione, que cedebat imagini: etenim diuitias, quas adamabant, & non Deos pro Dijs habebant. Luculenter inquit Petrosius Arbit. in *Satyris*.

Possidet arca Iovem. Equidem ab illis nullum discrimen cogitatum inter Iovem & argentum, cum simulachra essent argentum & aurum.

7. Hebræa lectio ita: *Dolor & dolor Gentium argentum & aurum.* Haud novum in Scriptura, quod Deorum imagines appellentur dolores. Non est idolum in Iacob, neque simulachrum Israël. Maluend. *Non est dolor in Iacob &c. & Osce 6. 8. Galilaâ civitas operantium idolum.* Ubi Valaâd dicitur operantium idolum. Quid igitur inter dolorem & idolum: Amor, vel usus utilis diuitiarum. Idolum adoratur, opes habentur. Diuitiæ sunt, & vocantur que subsidia iure tormentum; quoniam adorantur argentum & aurum. Conceduntur enim diuitiæ pro sublevanda necessitate, haud ut corda illarum trahantur amore: & nequaquam prohibetur quod homines habeant, sed quod tamquam idola diuitias diligant.

8. Ut filij Israël pauperes non exirent de terra captivitatis, & sine præmio haud essent tot labores, dixit Dominus per Moysen: *Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vascula argentea & aurea.* Dominus

dedit gratiam populo coram Ægyptijs & spoliaverunt Ægyptios. Eduxit ergo illum cum argento, & auro. Ceterum hem! Devoeverunt idolo diuitias: & quas illis Dominus contulerat opulentias dicantur proni vituli simulachro, ex opibus congestis ex Ægypto. Ecce diuitiarum collocatio: verum Moyses arripens vitulum, *combussit & contrivit usque ad pulverem.* Sit quoddam idolum frangat: at absurdum, quod aurum in pulverem converterat, maximè cum illis præstitum per Dominum donum. Si Deus concedit, cur conterit? Quia non dedit aurum in idolum, sed in usum: & conterit, quod concessit; quoniam diuitiæ non dantur ut adorarentur. Dantur diuitiæ contra pauperem, neutiquam in deitatem: & in pulverem Moyses reducit aurum; quippequam vidit idolum.

Elargitur Deus & volupè, si collocantur bene: veram concessa à dignatis subtrahit, & inopes facit; ne ex diuitijs construant laqueum, quo cordi inhæreat tormentum: equidem dura cruciamina, ubi amor cordis convertit facultates in idola. In pulverem convertit vitulum, ut patet quid esset adorationis simulachrum. Pulvis nullus pretij est: pulvis sunt diuitiæ, si illis apponitur cor: & adoratum aurum convertitur meditante in pulverem, ut conlet nullam adoratione habere pretiositatem. Pretiositas non est in entitate auri aut argenti, sed dantur in utilitate: & Moyses convertit in pulverem, quam auri venerabatur populus Deitatem; quippequam sine usu idem, metalli habere massam pretiosioris, ac cumulum pulveris.

9. Effectus huiusmodi cupiditatis indicat Seneca Epist. 119. *Illos falso diuitiarum nomine invasit occupata paupertas. Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. Econtrariò dicere debemus: Febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: Diuitia illum tenent.* Licet modo causa, cur auri fiat concessio, & quare conerantur in idolo. In hoc adoratur, in usu expenditur. In usu diuitiæ tenentur ab hominibus: in idolo homines tenentur ab opibus: & à Deo subtrahitur, quod bonitas divina liberaliter hominibus elargitur; quia rationis imperium, diuitias non esse hominum, sed homines diuitiarum.

10. In subsidia pauperum Christianorum (quiserimè Ierosolymis degentium, per crebras vexationes contribulium, qui eos cunctis spoliaverant bonis, cum gaudio à iustis toleratis rapinis) collectæ fiebant, ut subsidia pietatis Gentium, quod perfidia derogaverat Iudæorum. Paulus vero conversis

Cap. 12. 36.

Cap. 34. 20.

Non mala aurum, nisi in idolo convertitur sum.

Sine usa diuitia nullius pretij.

Seneca

Diuitiæ, di sunt hominibus tormenta, dum homines diuitiarum.

Co.

Cor. 16. 4.

Divitia ne sint oneri, nisi quae portandae.

Corinthijs ait: Quos probaveritis per epistolas, has mittam, perferre gratiam vestram in Jerusalem. Quid si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt. O verbum vere Paulinum! Sane ingentis animi est, divitias non posse ferre; cum infirmi sit, divitias non posse pati: igitur inter subsidium divitiarum & incommodum, divitiæ ne sint oneri nunquam portandæ. Necessariæ sunt aliquando tamquam materia charitatis, sed usu tantum sunt utiles: & non portantur, sed eunt, ut collata gratia; quoniam si portantur, sunt onera, & non subsidia. Perperam valent sublevare miseriam, ubi vel portantem aggravant.

Bona, dum ab illis portantur necessarii, non dum bene portatæ gultis.

11. *Mecum ibunt.* Cur non dicit: Ego feram? Ut clareat, quo pacto divitiæ erunt divitiæ vel penæ. Divitiæ sunt, si ab illis portantur necessitas; penæ, modò necessitas portet divitias, manentibus divitijs & necessitate, quasi non essent divitiæ: Paulusque dicit: *Ibunt*, cum loquatur de opibus; ut portantur homines, minime ut portentur ab hominibus. Divitiæ cum habente eunt, dum habentur: feruntur, ubi adorantur. Habentur, quomodo non habent; adorantur, quando possidentem possident: & Paulus haud dicit: *Feram*, sed *Mecum ibunt*; ne patiatur portationis incommodum, & exprimat possessionem per opum utilitatem: igitur tunc divitiæ habentur, dum habent homines; & nequam cum habentur à divitijs. *Eunt*, dum vel habitæ habentur, quasi non haberentur: *Feruntur*, si diligantur: & non ille cum illis, sed illæ cum Paulo; quia nec levis erga illas in Paulo sollicitudo.

Ecli. 31.

Horat.

Felicitas opibus abundare, & sine crimine esse.

Maior beatitudo, ubi nec pungitur cogitatio.

12. Nota hominis divitis felicitatem. *Beatus dives* (profert Sirachus) *qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit.* Magnam plauditur iurè, abundare divitijs & sine macula esse. Unde merito Iuvenalis *Satyr. 14. v. 188.* *Ad scelus atque nefas, quodcumque est, purpara ducit.* Igitur abundantia divitiarum ieritamenta malorum. At scrutare materiam laudis. *Beatus dives, qui post aurum non abiit.* Inde nanciscitur beatitudinem, etenim aurum sequitur despicientem. Habere aurum, est divitem esse, & opibus dominari: post illud vivere, est cor in divitijs collocare; & est felix qui dives habens aurum, nequaquam abierit post illum; quippe est abunde abunde permanet libertas cordis. Vincula sunt diligentijs, ubi feruntur ab opibus. Spinæ sunt, quæ lacerant mentem; si post illas corda, quin sentiant lacerationem: & divitis inter illas exponitur beatitudo; quia nec cor nec pun-

ta cogitatio. *Dives, qui post aurum non abiit.* Quantumvis abundant opes, qui post aurum avens abierit, non est dives: igitur tunc divitiæ fugiunt potestatem habentium, & habentes gemunt sub tyranna potestate divitiarum.

Et mihi res, non me rebus summittere conor. Etenim non dives, qui dominantur opes. Sunt divitiæ, cum quibus homo non moritur; haud verò pro quibus moritur: siquidem post illas abeuntes, cum habeat vitam à vitalitate divitiarum, sine divitijs moriuntur. Hi sunt *Auri casus* expositi à Siracide: igitur divites usquequaque patent ruinae. Retorquatur Ethnicus lib. 2. *Satyr. 2. v. 101.*

Divitiisque habeo tribus amplas regibus. Ergo *Quod superat, non est melius quo insumere possit.* *Cur eget indignus quisquam te divite. Quare Tempora ruunt antiqua Deum? Cur improbe cara*

Non aliquid patria tanto emetiris acerbo: O magnus posthac inimicis risus!

DIDASCALIA III.

Humilitas in Superiora Sublimis erigitur.

1. Inquit N. Cardinalis Damiani *Epist. 130.* Respondent sibi alti tudo & profunditas: videtur humilitati maiestas; quippe quò profundior, altior; & quò depressior, sublimior.

Caelumque profundum. Canit Virgilius *Bucol. Eclog. 4. v. 57.* Caelum supra est, humilitas intra: & hæc dicitur caelum & profundum; quoniam profunditas humilitatis elevatur usque ad coelos. *Gloria frater humilis in exaltatione sua:* dicit Iacobus. In contrapositione verborum humilitatis clarescit ingenium. Quò igitur si signat humilem, Apollolus simul describit exaltationem? Quisquam non humilis, si humilis exaltatus: Erit profectò & non erit abiectus; siquidem erit in exaltatione, dum iacet humilitate. Qua ergo lege humilis effulgurabit in throno exaltationis, si fugit exaltationem, quoniam humilis? Icebro habet, quippe fugit. Quò magis cor hominis humiliatur, magis extollitur. Succinuit vel Ethnicus *Satyr. 3. v. 39.*

Ex humili magna ad fastigia rerum Extollit.

Describitque simul Iacobus humilem & eius su-

Idem.

Ne sunt divites, qui sub potestate divitiarum.

Horat.

Petr. Dam.

Humilitas quò presens, altior, alacrior.

Iacob.

Dum deprimuntur in ima, tollitur se superiora.

Iuven.

Genes. 30. 16.

Gaudet exaltatione.

Cur dicitur bilanx?

Psalm. 72. 22. Plus est humilis, dum cogitatur, nihil esse.

Quò magis deprimuntur magis extollitur.

Ecli. 24. 10.

Crescit in estimatione Dei, qui minuitur in propria estimatione. Vinc. Chart.

Iustitia contra superbiam. Superbus ascendendo corrumpit, humilis descendendo usque summum scandit.

sublimitatem; etenim nunquam videtur humilitas, quin ei à celo disponatur maiestas, corde depresso usque ad ima, & humilitate elata usque ad superiora.

2. *Tu nosti servitatem, qua servitoti dicit Socero Lavano Iacobus supplex.* Alij aut diximus in *Litteræ Exposit.* legunt: *Tu nosti humilitatem, qua humiliatus sum.* Alij: *Humilitatem, qua servitoti tibi.* Est humilitas, qua homo humiliatur, & qua æthera versus erigitur: dicitque, quòd humiliatus fuerit humilitate; quippe etiam gaudet humilitas incognitè exaltatione. Hinc vividè laborem, quem habuit in domo soceri, vocat *humilitatem, qua servitoti tibi:* etenim qui humilis corde, servit sibi, exaltatus supra, dum iacet prostratus infra. Libra seu bilanx plauditur humilitas, ut eodem pondere una monstretur excellentia. Humilitas pondus est, quasi fundamentum victutum: humilitas nihil est arbitratur esse, vel nitorem habens omnium: ideo dicit Vates Rex: *Ad nihilum redactus sum.* Ubi lanx habet minus, tollitur altius: non novam, quòd sursum petat; si se, aliquid esse non cogitatur igitur amplius pondus laterat, nullum pondus cogitare. Aprius. Humilis & humilitas construunt libram, ut utriusque depressio & exaltatio forment gloriam. Humilis dat pondus humilitati: humilitas subtrahit humilitati. Pondus deprimit: levitas extollit: & pro effectuum & affectuum indice, uterque iurè confertur bilanxi; quippe quàm quò magis humilis humilitate deprimitur, magis ac magis extollitur: unde humilis, quia humilis gloriatur in exaltatione; quippe exaltatur à depressa lance.

3. Nota infallibilitatem exaltationis in bilance humilitatis. Sapientia de se dicit: *In omni gente primatum habui.* Condignum præmium, sed novum: igitur vel consilium erroris dextra fortis, vel dispositio celestis: *Et omnium excellentium humilium* (ita legit Bibl. Antiq. corda virtute calcavi. *Excellentium & humilium?* Utrique: excellit in æstimatione Dei, qui quisque minuitur in æstimatione sui. Iustitia apud Ethnicos, ut asserit Vincent. Chartarius in *Fortun. Imag. fol. 307.*) *contra superbiam colebatur:* igitur hæc quem exaltabat, illa subter rotam fortunæ deprimebat; & quem illa deprimebat, impense usque in rotæ cacumen sublevabat. Ecce scena excellentium humilium, & humilium excellentium; quoniam qui se exaltat humiliabitur; & qui se humiliat exaltabitur: igitur superbus ascendendo corrumpit, humilis vero descendendo usque summum scandit.

4. Ergo proposito. *Omnium excellentium humilium colla virtute calcavi.* Videntur quasi opposita in fastulo, humilitas & celsitudo; quin considerent infatuati maiestatis superbia superbiæ ruina, & ex humilitate ac humilis fieri lateram, in cuius una lance depressum, in altera aspicietur elevatum: meritoque pro commendatione humilitatis, dicuntur humiles & excellentes quoniam tunc exaltantur, cum deprimuntur. *Excellentium & humilium.* Humilitas exigua, ni detur excellentia; siquidem ni dotes sint, quo superbire possit cogitatio, haud erit humilitas, sed cognitio: & apponuntur humiles & excelli, in cogitationem opposita cognitione, qua nanciscuntur celsitudinem, peccore amplectente humilitatem; æquidem cum pondere humilitatis, usque ad cacumen perveniunt exaltationis.

5. Perpendatur ergo auctoritas Damiani. *Humilitas in superiora sublimis erigitur.* Humilitas sublimis? Sublimitas haud est passio humilitatis. Quomodo igitur designatur celsitas, ubi ostenditur humilitas? An quia excellentia in humilitate collocata? Diximus. Cogitanda nova. Est humilitas sublimis, & est humilitas humilis. Humilis, si humilitas fundatur super humilem: sublimis, ubi humilis fundatur super humilitatem: & huic modo. concedit Damianus celsitudinem; quippe dum amplius humilitas crescit, magis humilem extollit.

6. *Sovor nostra parva & ubera non habet. Quid faciemus? dicunt socia. Si murus est (deliberant) edificemus super eum.* Præclarum ratiocinium! Hæcine cogitatio aptior, ut parva minuatur, quàm ut procerè exalteretur: magis ut celsitas illam ædificij comprimat, quàm ut crescat; ut præstent propugnacula, minime ut emineat Sponsa. Aprè cogitant, dum super illam ædificare, ut minor sit quæ parva, socia desiderant: igitur ut humilitatis adificatur velocius celsitudinem, congruit profectò vel parvam feri minorem. Humilitate quæque Sponsa parva crescit: & arbitratur usque ad fundamentum ædificij deprimi, ut possit exaltari ad cacumen ædificij: igitur, qui in exaltationem exponitur, oportet, quòd humilletur.

7. Hæc cogitantur pro Sponsa. Aliter humilis signatur à Ieremia. *Sedebit solitarius & tacebit* (id est, *Operata obtinebit:* ut ait Hieronym.) *quia levavit se super se.* Ita legunt plures PP. Si humiliatur usque ad pulverem, quomodo dum humilis habebit exaltationem? Nanciscitur Sponsa eminentiam, quoniam super se totam ædificij

Tunc exaltatur, cum deprimuntur. Qui sunt humiles excellentes?

Damian. Quæ humilitas sublimis?

Dum humilitas crescit, amplius humiliter extollit.

Cant. 8. 9.

Humilis quò minor sit, maior est.

Thren. 1. 18. Hiero.

Quæ humilitas perficitur?

cij portabat fabricam, respondente magnitudine profundissime fundamenti humilitati. Quo pacto solitarius potest dici sublimis, si sublimitas est effectus & non passio humilitatis, ut vel humiliando se, non infra sed supra sit cum que videntur supra, non sint humilis argumentum vel materia? Est exaltatio que ex humilitate oritur, & exaltatio que humilitatem individue comitatur. Illa provenit, ubi humilitas fundatur super humilem: hæc, quando humilis fundatur super humilitatem. Non crevit humilitas, eò quòd humilis crevit: ex proceritate humilitatis humilis celsitas micat: igitur sine artificio atollit, quò magnitudine crevit. Quantum inolevit humilitas, augetur celsitas: & solitarius, quam amittit, magnitudinem retinuit, quia se super se levavit.

8 Modò in contrapositionem. In solitario & in Sponsa videtur humilitas: verum tantum in solitario lucet abiectionis maiestas; igitur vel dum in pulvere ponit os, & super est. Sponsa respiciebat formam humilitatis communis: solitarius virtutis singularis. Struere humilitatem super se, est regula animæ sanctæ. Fundare se super propriam humilitatem, scopus est animæ perfectæ: igitur non tantum fatigat de humilitate, sed etiam de humilitatis perfectione: & non ita extollitur que humilitatem super se extruxit, quam qui se in humilitate fundavit: quippequam sine dubio humilitatis oblitinetur maiestas, ubi virtutum fundamentum humilitas. Aliter. Fundare humilitatem super se, est humilitatem ostendere. Fundare se super humilitatem, est virtutem abscondere: tuncque virtus non amittitur, quoniam absconditur. Bonum est, quia humiliatur anima, vel dum humilitas supra sed optimam quando est infra; siquidem qui magnam cogitat fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius debet cogitare humilitatis: & solitarius sedet super vel dum facit, ac Sponsa parva vel infra sedet; quoniam hæc dumtaxat quærebat humilitatem, ille verò perfectionem.

9 Alio acumine cogitat Augustinus, quem exponere promisi Tom. 1. Tautolog. 6. Didasc. 4. num. 12. *Fundamentum* (ait super Psalm. 121.) *quando ponitur in terra; desuper edificatur parietes, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in celo est, ad caelum edificatur.* Videtur implicare terminis Augustinus. Quo ingenio ad caelos edificabimur, si est fundamentum in celo? Numquam edificatur versus fundamentum, sed supra fundamentum. Dum in terra est funda-

mentum, caelum versus extollitur ædificium. Ergo ad caelum & non a celo erit ædificium nostrum. Minime. Est summum discrimen, ubi ponitur ædificij fundamentum in summo, & ubi collocatur in imo. Dum ponitur in mundo, crevit versus caelum: si in celo, crevit sanè versus mundum. Versus mundum, non est crescere, sed humiliari: & ponit Augustinus fundamentum in celo, quamdèd sumus in mundo; quia necesse est, ut descendamus, ad hoc ut ædificemur. Ierusalem celestis ædificatur ut civitas: & ut pateret, unde fundamentum humilitatis & celsitas; ubi claruit Ioanni visio, vidit Ierusalem, *descendentem de celo.* Ne mireris: fundamentum in celo est, quicquid superaddit, venit ad nos. Si ad nos venit, non est magnitudo, sed descensio: & exprimit Ioannes descendentem, ut demonstrat civitatis magnitudinem; igitur quò versus terram humiliatur, magis descendendo erigitur.

10 Adhuc lateat sacramentum auctoritatis. Est humilitas sublimis, & communis. Communis fundat in imo, sublimis in summo. In summo, modò humilis fundetur super humilitatem: in imò, si fundatur humilitas super humilem. Unde si in celo constat meditatum fundamentum; in celo micat humilitas, ut fundamentum virtutum. Prima est insignis virtus: secunda humilitatis ornatus: illa ostenditur in humilitatis specimen, hæc autem in perfectionem: & esulgerat perfectio, si fundamentum videtur in summo.

11 Constat acumen Augustini, Scripturæ auctoritate. Simonem cognomento iustum, ut par est, summis laudibus effert Sira-cides; ac inter reliqua encomia aluit: *Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelso parietes templi.* Liquer summa difficultas, dum per illum templi constat speciositas. Altitudo templi est celsitas ædificij, que quidem nititur in fundamine templi. Quomodò igitur dicit fundatam altitudinem, si supra fundamentum templi construxit elevationem? Sensum literalem vide apud Sanctum in *Aggeum* cap. 2. v. 10. n. 35. *Templum Dei sit cor humile: quo ergo intuitu memorantur unà pro templi speciositate, fundamentum & altitudo templi? Fundamentum est in imo, altitudo micat in summo.* Unde enim simul omnia? Ex humilitatis eminentia. Esse humilem & excelsum, est apex humilitatis: & describuntur templi celsitas & fundamentum celsitudinis; quippe qui humilitatem verè sequitur, magis ac magis humiliatur, ubi magis extollitur.

Necessaria est hu-militas ut fiat exaltatio.

Apoc. 21. 2.

Humilitas in celo est.

Eccli. 50. 22.

Humilis magis humiliatur, quò magis extollitur.

Haud

12 Haud dicit; quod templi pectoris humilis altitudo sit constructa, sed fundata. Fundamentum & altitudo, cum hæc emineat, & illud iacet? Utique. Quomodò? Respondet Sira-cides: Est duplex ædificatio. Alia, si fundamentum humilitatis: alia, dum humilis fundamentum. Illa, fundatò humili super humilitatem: hæc autem, fundatò humilitate super humilem. Ita humilitas spectabilis: illo modo sublimis. Ita pulchra: illo modo perfecta: & simul in templo pectoris signat Ecclesiasticus fundamentum & altitudinem; ut sequatur humilitatem & humilitatis perfectionem: quandoquidem quò magis profunda, magis alta, ut constat mensura elevata magnitudinis per fundamina iacta profunditatis. *Sapientia edificavit domum & excidit columnas.* Ad quid columnas, quæ fundamenta vel fulera domus, excidit, si domum ædificavit? Est ædificium sapientie, & fundamentum collocavit pro coronide. Via communis: est fundamentum in imo: peregrinum, fundamentum in summo; ut clareat humilitatis exaltatio: etenim non novum, quòd humilis vel in fundamento supra sit, si fundamentum in summo positum est.

Ibidem.

Crevit magnitudo in terra profuditatem fundamenti.

Prov. 9. 1.

Humilitas semper superatur.

Psalm. 130. 1.

Falsus non pendet à dignitate, sed à corde. Superbus ament.

S. Be-ped. Veri. 2.

Iuxta profunditatem humilitatis, obtinuit exaltationem.

Genes. 7. 17.

Humilitas in celo igno-lar, dum super ambulat

in Exod. cap. 26. In caelum, vel in profundum? Quia descendit in profundum, volat in caelum. In fundamentum huius ædificij spiritalis mittitur lapis pretiosus in fundamento fundatus: id est humilitas, ut præter machinæ excelsum: & quia sine humilitate virtutum magnitudo est magnitudo sine fundamento, & quia ingenio humilitatis videtur in ædificij cacumine, quòd iacet profunditate. In oleo notatur humilitas iuxta sententiam Gregorij Homil. 12. in *Evang.* Oleum omnibus humoribus supereminet: notat Augustinus Serm. 23. de *Verb. Dom.* cap. 23. Supereminetia designatur humilitas? Turè: tantam obtinet demissio exaltationem, quantam habet in terra profunditatem.

15 Causa suppetat. Humilitas speculum concavum est. Obiecta contrariò representantur in speculo concavo: ita ut quæ alta inferiora, & quæ iacent infra, supra. Vide Ioannem Portam in *Magia natur.* lib. 17. Unde exaltatur anima, que in profundissima abiectione iacebat, & super micat: quia profundum præstat apex celsitudinis in concavitate speculi humilitatis. Ideo *gloriarur humilis in exaltatione:* & Excellentes videntur in humilitate, ut supr. notavimus: quippe dum cognitio voluntaria in inferioribus terræ declinat, speculum concavum humilitatis in superis representat. Modò intelligitur huius loci expositio tradita per opposita à N. Genebrardo. *Sed exaltavi animam meam.* Q. d. inquit: *Profecit humilium sentiebam, nulloque modo animam meam extuli.* Quantum sapio, quantum capio: quid est hoc? Exaltare animam, animam non extollere, sed humiliter sentire? Planè. Humilis speculum est concavum, quo imagines obiectæ obverte videntur: & dicitur anima elevata & non elevata, iacens humiliter in profunditate, & gaudens exaltatione; quippe dum iacet voluntarie in terra, quia iacet, humilitate elevatur usque ad sidera. Humilissimi speculum ad humilium non videtur, & tunc humilis cognoscitur: equidem vera humilitas in corde, si ignorat humilem esse.

16 *Ad nihil redactus sum & nescivi:* inquit David. Iuxta Horatium lib. 1. *Epist.* 1. v. 47. *Virtus est, vitium fugere, & sapientia prima Stultitiâ caruisse.* Errat: sapientia prima est sapientie nescientia: igitur insipiens cor eorum, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Studuit David non solum humilitatis virtuti, sed perfectioni: quippequam cum humilitas tendat in exinanitionem, & perfectio in summitate.

17 *Humilitas in celo igno-lar, dum super ambulat*

Rupert,

Isai. 48. 16.

Sine illa magnitudo virtutum non habet fundamentum. Gregor. Magn. August. Cur ois conser-tur

Humilitas speculum concavum.

Iacob

1. 9. Eccli. 24. 10. Exaltat depreffam animam. Ubi lu-pi.

Ubi humilis iacet in terra, elevata usque ad sidera.

Psalm. 73

Horat.

Vera humilitas est in corde, si humilis ignorat se humilem esse.

LIII 2.

tem;

Tom. II. Taut.

tem; non tam præstitit summitas virtutis in eo quod ad nihilum redigeret, sed quod esse redactum ad nihilum, ignoraret. Hinc addit: *Ut iumentum factus sum.* Non iumentum factus, sed ut iumentum; ut virtutem illustraret voluntarium: igitur ita humilis, ut cum ratione & mentis perspicuitate, non solum virtutem non agnoscebat, sed nec cognoscere quibat. *Ut iumentum factus sum.* Non apud homines, sed *apud te*: igitur licet Domino placeret humilitas cordis, magis placebat ignorantia humilitatis. Vide S. Benedictum loc. cit. Grad. 6.

17 Mira narrat de quodam speculo Paulanas in *Arcadie*. & Iacobus Dalecampius in *cap. 9. lib. 33.* Plinij. *In templo Hære Arcadie speculum fuit* (inquit) *rectorio parietis inclusum, in quo qui aspiciabant suam imaginem, aut parum perspicue, aut rursus nihil cernebant: Deorum verò circumposita signa, & solum ipsum dilucide contuebantur.* Symbolum philantiæ patet spectalum hocce & voluntatis propriæ: igitur Deum non videt, qui se in speculo quærit. Ideo toties S. Legifer N. Benedictus in propriam voluntatem invehitur, *cap. 4. Instrum. 59. cap. 7. Grad. 1. & 2.* igitur qui philanti abominabiles in studiis suis, propter suam privantur visione imaginis Deitatis. Satis egimus hic *Tautol. 9. Didasc. 1.*

18 Etiam in symbolum perfectionis humilitatis, circumspicere speculum isthoc possumus. In illo videbatur Deus, ni videret se, qui Deum videbat: hoc artificio celsitudo humilitatis micat: igitur ut pariat perfectionem, suam non debet respicere imaginem; quoniam ut nitatur vera cognitione, debet nescire: ita ut virtutem cum perfectione habeat, & habere non cognoscat. Sese videbit, & Deum; si Deum, verum non se videt. Tunc nesciens verâ virtute gaudebit: igitur adhæret tenaciter humilitati, si ignorat humilem esse. In coelum sublimis tendit, vel dum iacet. Cecinit Prudentius in *Psycho-mach. v. 373.*

Auratis perfringens æra pennis, In caelum se virgo rapit: mirantur euntem Virtutes, tolluntque animos in vota, volentes Ire simul.



DIDASCALIA IV.

Vincula amoris sunt pignora libertatis.

Sententia verè aurea. Gregorio Magni, digna, quam astruit lib. 2. in Reg. cap. 2. *Libertas quoniam nulli iam restat amanti, Nullus liber erit, si quis amare volet.* Cægit Propertius lib. 2. Eleg. 23. *Erat. Non novit originem libertatis, nec servitutis: igitur dum est in vinculis, amplior libertas amoris; quippequam libertatis nota clarent servitutis vincula.* Optime ingeniosus antithesi explicuit Francisc. Piccolominius de *Principijs virtutum*, grad. 2. cap. 37. inquit: *Optimus usus libertatis hominis est usus vera servitutis eius.* Semper servitutum: discrimen libertatis & servitutis vertitur in directione studiorum. Unde vidide Hecuba apud Tragicum in *Troas. v. 988.* vel captiva profert:

Domini pudet, non servitutis. Equidem vincula quæ ostendunt servitutem, potiorum demonstrant in amore libertatem.

2 Hæc præmissi in obsequium vinculo- rum amoris inter Christum & Gertrudem, ut constet quanta libertas, dum utriusque cordis memoratur captivitas. Corda igitur permutarunt, vel unico corde vivunt. Hinc illa sæpe clamabat: *Spiritus meus: quasi non alienus, qui sponse proprius, ut vidimus Tautolog. 2. Didasc. 3. num. 5.* Sponsus verò, ut refert Castanniza lib. 1. *Divin. Insinuat.* cap. 5. illi dixit: *Sine te vivere nolo, tantus est amor meus in te.* Ecce amor eximius, cuius iugum suave & onus leve: equidem pignora sunt libertatis, quæ vincula servitutis. *Servitutem qua servio:* exponit Labano Iacobus. Non est servitus amoris: quippequam amanti per servitutem captivitas, est tota cordis libertas.

3 *Ipse autem ego Paulus:* ait Doctor Gentium. Ad quid *Ipse*, si profert *Ego*? An quia non ipse conversione? Acumen est Bernardi pro Magdalena, *Serm. in eius Conversione.* num. 4. *Unguentum quod eadem, si tamen eadem, super caput recumbentis effudit.* Qua in re alio præmissit num. 1. Dominus expectat, donec Maria sacrificium in holocaustum transeat: igitur si holocaustum totum Deo, sacrificium cordis per penitentiam ita totum Dei, ut transeat in holocaustum,

Gregor. Magn.

Propert

Amplior libertas amoris, dum est in vinculis.

Piccolom. Usus libertatis hominis est usus vera servitutis eius.

Castann

Sine illa vivere non vult

Genes. 30. 26.

Amoris captivitas, est cordis libertas.

2. Cor. 10. 1.

Penitentiam non ipse, qui peccavit.

Bernard Per efficaciam penitentiae, nec unctare manet peccati.

stum, quo non remanet victimæ ullum vestigium. Diximus *Tautolog. 1. Didasc. 7. n. 7. & Tautolog. 10. Didasc. 6. n. 13.*

Galat. 2. 20.

In corde Pauli videbat

Christus. Sui magis est, qui Domini no traditur.

Can. 4. 9.

Gregor. Nil.

Propertius cor habetur a ubi dicit: Osa creatura.

Plal. 72. 26.

Propert

Deus est cordis, si cor Dei.

Gregor. Mag.

Deus deficiente corde pro charitate, habitatur in corde deficiente.

Gertrude placeret; respondit: *Libertas cordis.* Ita Castann. cap. 12. lib. 1. Libertas? Num libertatem habet Gertrudis? Quippini? Servit amore, sed dum voluntas tendit in optatam servitutem, dilectum redigit obsequio in captivitate: etenim dum cor egreditur è pectore propter amorem dilecti; dilectum trahit, ut requiescat in corde. Amor est in vinculis; sed gaudet pennis. Est in vinculis propter voluntatis unionem; gaudet pennis, propter voluntatis unitatem. Est in vinculis quippe cor dilecto dedit: est aliger, quoniam habet: & describuntur vincula & pennæ, non pro libertate servitutis, sed in signum libertatis; quippe dilectum trahit usque ad vincula cordis.

7 Verum quomodo traxit? Fulmen descendit de celo, incendio pectoris pulvere tormentario: & quod descendit ut spargeret favillas, crevit ita in vehementiores flammæ; ut pectoris æstuantis ardore

Exorto in pectore Sole, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. De celo descendit ignis, qui hærebit caelis. Descendit de celo accensa sagitta, & cor flagrans retrorsit in æthera: etenim dum ignis concepti spectabatur lux,

— *Corrupta regia caeli.* In amore amor mittit, verum reflexit: *quæ læsus amor totus subito inflammatus amore, Vitiæ in Domina se dedit ipse manum.* Descendit post sagittas, quippe

— *Nec captivi inclusas pectora flammæ.* Retorqueatur altiori proposito Tibulli cogitatio lib. 4. Eleg. 2.

Illius ex oculis, cum vult exurere Divos, Accendit geminas lampades acer Amor. Illam quicquid agit, quoquod vestigia stetit, Componit furtim, subsequiturque decor. Urit ceu Tyriâ voluit procedere pallâ. Urit ceu nivea candida veste venit.

Voto potitur Gertrudis sive flammis purpurati flagrantis amoris, sive niveo candore puritatis: igitur traxit è celo dilectum, ut in corde pro delicijs efformare habitaculum.

8 *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine.* Quod quam aptè intelligatur de Gertrudis amore, cor Sponsi sagittante, ipse demonstravit dicens lib. 1. cap. 4. *Div. insin.* apud Castann. *Me tota affectione inter teos amplexus tamquam captivum tradidi.* Ideo (addit Auctorem Scholij) dicitur *Excordasti.* Sic cor iustum amore Sponsæ, ut ipsius cor illius cor sit mutatum & conversum. Persecutemur igitur

Castann

Gertrudis captivavit Sponsum

Anno quo modo in vinculis, & carna alij

Quæ ardet Gertrudis traxit Sponsa sum?

Ovid.

Tela è caelo missa retrorsit in æthera.

Achil. Boch. Sponsi cor ficit. Idem.

Ovid.

Tibulli

Et sagittæ in amore rivi & paritatis.

Castann

Castann

Castann

Castann

Castann

Castann

Castann

Castann

Peccat Gertrudis thesaurus Christi.

Alapid.

Christi Sponsum vidit, cum oculis primis aperuit.

Primo aspectu cor Sponsum rapuit.

Cognovit, priusquam oculis aperiret.

Nihil illi curae Sponsum

In illa vel oculo vult aperire est electio.

Prima cogitatio ne Sponsum capere, & intra peccatum eius clausit.

Amor vel nascens gaudet penam.

tur blandimen, ut miremur Gertrudis charitatem. Vulnerasti. Excordasti. Theaurus dilectionis elucet Gertrudis pectus. Ibi est cor, ubi theaurus. Vulnerasti. Excordasti. Sagitta charitatis. Sponsi pectus aperuit, ut erga illum cor suum Sponsum apponeret. Alapide hic: In corde tuo conclusisti, & captivasti. Ceterum quare? Vulneravit in uno oclorum, in uno crine. Uno pro primo. Nota modò.

9 Cum daceretur lustranda sacro baptismatis fonte, ut frueretur effluuio celestis instituti lavacris quæ necdum oculos aperuerat, aperuit; & aciem in crucifixi Sponsi imaginem fixit. Fixit, & tunc vulneravit: igitur si per demonstrationem diligentiis & dilecti cognoscimus fidem; magna profectò, quòd Gertrudis Sponsum agnosceret, vel eum oculos aperuit. Ecce vulnus pectoris altum, factum in uno oclorum: expressa etiam dilectionis magnitudine, ex eo quòd primo aspectu cor raperetur Sponsi. Post tempus & tempus agnoscit Sponsum ab anima: verum Gertrudis gloria, quòd quem visura cognosceret; & antequam ut videret, oculos aperiret. In alia dirigitur lumina, priusquam luminibus cordis cognoscantur vota. Lucet vel à primo oclorum iactu cordis amantis perfectio: etenim eximia dilectionis magnitudo, ut non in aliud oculos aperiret, nisi ut Sponsum videret. Iuxta demonstrationes fidei Sponsæ rutilant gratiæ dignationis Dilecti: & se vulneratum dicit, ubi vix Gertrudis lumina aperuit; & quoniam rapit eor è pectore, primam oclorum sensationem in elevationem dirigi. Aperit Gertrudis oculos, si vult exurere Divos. Liqueat in Dilecti corde, dum idem oculos aperire, & Sponsum vulnerare.

10 Patuit sagittanti dextrè pectus, & vulnus sequitur vulnus. Vulnus ab oculis suave, dicitur à crine. Crinis est symbolum cogitationis, quam dixerit in Sponsum: & dicitur unus, ut noteat qua arte Sponsum vulneratus, & qua virtute Gertrudis sagitta pertransiit ultra præcordia. Vulnus sedit in pectore & dulce factum à crine; & caelis mirantibus Sponsæ dexteritatem & Sponsi acceptationem: igitur quod vix alia adipiscuntur tempore & tempore, intra cor ipsa conclusit & captivavit in prima cogitatione. Amor in vinculis est mensura ætatis, sed nascitur etiam cum pennis; & quippe superat ætatem, ob perfectionem, & dum nec cogitatur quòd pedem dirigit, vel usque in æthera volat.

11 Hoccine officium amoris mutui, mutuo scilicet sagittari. Quare Otho

Veniens Emblem. 5. Amor. canit: Sume meas, sumam tuas mea vita sagittari. Non aliter noster conciliatur amor.

Mea vita dixit, & merito, quoniam qui diligit non solum vivit in alio, sed ita vivit natus dilecti, ut proprii vitam acceat respirare, mutuis petito corde sagittatis, ut amor crescat vulnere demonstrationis. Dilectus meus mihi & ego illi. Ecce tela, ut aliter quam cetera vivant corda: quippequam non solum non vivebant sibi, mutuo & dilecti & diligentes; sed ab alia vita, si alia, vita propria fumbat vitalitates. Dilectus meus. Meus est, & mihi sit; quoniam non potest vivere sine me: & ego ut dilecti dilecti, equidem non possum vivere sine illo. Ego (ait Gertrudis lib. 1. cap. 12.) ullam in terris nequeo rem invenire, que me magis delectet præter te solum Dominum meum dilectissimum. Sagittavit; sed sagittam illud Sponsum in Gertrudem retorfit, dicens: Et ego neque in terris neque in caelis quid reperio, in quo sine te oblecter.

12 Claret causa, cur ita est Dilectus Gertrudi, & hæc Sponso, ut nequeant vivere nisi mutuo. Quis enim vitam non querit? Quis non diligit? Gertrudis est in Iesu Christi pectore, quoniam aliam haud habebat nisi vitam Sponsi: & Sponsum quilibet in corde Gertrudis invenit, quoniam ibi vitam habet. De amore factum, esse portam qua Dij egrediebantur, ut descenderent ad terram, & qua homines ascendentes ingrederentur in celestem aulam. Audite Vincen-tium Chartar. in Cupidin. imag. fol. 336. Duas in celo ianuas esse, per quarum unam animi è superioribus ad inferiora descenderent; per alteram e contra ab his ad illa ascenderent: hanc Deorum, illam hominum dixerunt. Ambarum ianuarum claves penes Amorem esse Orpheus volebat, ita ut absque eius arbitrio nemini transiret ex uno in alterum locum daretur. Quare non absurdè Amor, geminas in manibus claves habens, depingi possit. Mythologia perspicua. Amor fecit ut homo ascenderet; quòd Verbum divinum, ut fieret homo, descenderet: igitur homo non ascenderet Olympum, nisi amor Verbum Patris urgeret, ut descenderet in mundum. Effet sanè in misero mundo miser homo, si Verbum Patris permaneret in celo. Virgo Mater est hæc porta.

Et porta lucis fulgida.

13 Modò pro Gertrudis & Sponsi dilectione. Binx sunt portæ amoris, & pennis illam claves. Una, ut Deus descenderat; alia, ut homo ascenderat. Ascendit Gertrudis, ab amore aperta ianua in celestia: Christus de-

scendit.

Oth. Ven.

Can. 2. 16. Christus videbat per iosa & in ipsa.

Cassana

Erant oblectamenta Spongi.

Car in corde Gertrudis, si queritur, invenitur.

Porta amoris, & claveta Vincat. Charta.

Ni perbi divini, ut fieret homo descenderet, non ascenderet homo.

Maria porta celestis.

Christus in Gertrudis corde sedit.

Propert

Philip. 1. 7. A quo nisi quam oculavit Propert

Ibi amor est.

Quicquid per illum, vel illa petit, obtinet.

Can. 14. 9.

Amor cum sagittis & clavibus. Per illum oblinentur gratia, que sunt in Sponsi pectore. Eius lingua clavus est illi.

Galat. 3. 0.

Chrysol.

Quid magna ex vita Christi in corde Pauli?

condit ad ima: & ubi illa, ut ibi maneret, pennis charitatis glorificanda ascendit; Christus descendit, ut in corde Gertrudis habitaret: summaque fide fidei respondit Sponsæ; siquidem pennas dimisit, ne posset inde in superiora volare.

Ibi tenet, manet puerilis imago, Sed certe pennas perdidit ille suas.

Quam longè abfuit, dum Propertius cecinit! In corde & in vinculis: protulit Paulus. Non secus Gertrudis pectus. Descendit Sponsum allectus intentione charitatis: habetque in corde & in vinculis igitur dum Sponso uti thorax patuit cor, non finit, ————— Humano corde volare Deum.

Hinc illud Sponsi ad illam: Sine te vivere nolo: tantus est amor meus in te. ubi supr. cap. 5. Quid mirum, si remiserit alas, cum in Gertrude haberet omnes delicias?

14 Aliud mysterium absconditur, ubi iactus gravi & suaviori vulnere, Sponsum quasi captivus inter Gertrudis amplexus trahitur & simul traditur. Nihil ab illa & per illam petendum Sponsum asseruit, quod non faceret. In pectore Christi sunt charismata, gratia, dona & beneficia tanquam in fonte: clauditur sæpe pectus, quoniam homines gratiarum indigni; sed Gertrudis vel in prima cogitatione vulneravit, siquidem lancea amoris pectus eius aperuit, ac effusa fuerunt per orbem hominibus gratiæ, que erant in pectore occultæ. Hinc Amor pictus cum sagittis & clavibus, uti notat Chartarius ubi supr. Procul este Profani: etenim vera miramur nostro commodo in Gertrude. Clave & sagittis ornatur, ut homo donis celestibus per illam ornetur: equidem ubi pectus Sponsi primo aspectu sagittis vulneravit; thesauros gratiarum homini clavibus charitatis aperuit. Contemplerur igitur & nostras utilitates & Sponsæ Gertrudis potestatem amoris: etenim dum Christum traxit in cor, eius lingua clavus caeli facta est Perpende.

15 Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus, proclamabat Paulus. Vivit utique & vita nobiliore, quippe vivit vita Christi: verum cur non dicit, quòd vivit Christo animis dilecto; sed quòd Christus dilectus vivit in illo? Quæritio Chylosomi est, quam sic exponit: Non dixit, Vivo ego Christo; sed quòd longè maius est, Vivit vero in me Christus. Sic profectò: attamen in quo mica magnitudo? Delicabo. Esse in alio, est operari iuxta voluntatem in quo est, ut ad illius voluntatem omnia fiant. Ideo maius, quòd Christus viveret in Paulo, quam quòd Paulus viveret in Christo: etenim si ius

quòd Paulus operaretur iuxta voluntatem Christi; longè maius, quòd Christus operaretur iuxta voluntatem Pauli. Utriusque unum cor, verum dum Christus in Paulo, coruscet quod maius est: siquidem qui debet imperare, obsequitur; quoniam amore constringitur. Qui sedet in corde alieno, non tantum offendit dilectionem, etiam exprimit dilecti potestatem: & quamvis magnum, vivere Paulum in Christo, maius utique vivere Christum in Paulo; quippe Christus amanter indulgebat iuxta voluntatem eius, in cuius corde habitabat.

16 Preces effudit Gertrudis cum corde, flagitante proximi necessitare coram Sponso, & tunc claruit, qualem potestatem secum asserit nimis dilectio. Quid vis Domina Regina? dixit Sponsum: ubi supr. cap. 11. Domina? Regina? Nonne Gertrudis serva? Cuius igitur dominium? Cuius servitium, vel cuius imperium? Vivit in corde Gertrudis, & servit imperio amoris: diciturque vel supplicem, Dominam & reginam; quia ut Christum traxit ad cor, uti Sponsum & amans facit quicquid illa vult. Hoc, ni fallor, intuitu sicut ibid. dicitur cap. 5. Cor eius visum in similitudinem pontis firmissimi. Prædem non erat transirus, quia necesse erat qua placaretur Sponsum: & cor Gertrudis (ubi habet thronum, qui thesaurus celestium charismatum) videtur in similitudinem firmissimi pontis; quoniam per illam exierunt gratiæ, que egressæ fuerunt ut preces. Per illam habemus accessum, quippe in generositatem urget Sponsum. Non poscit, sed precando exigit, obediens Domino Sponsum suæ precibus, expressis ab illa proximi necessitatibus, igitur si alie Sponsæ quia in Sponso vivunt, quod vult solummodo possunt; Gertrudis quia in corde habet, potest, & faciet quicquid illa velit.

17 Consideremus diligenter articulum. Orat Gertrudis, & cum imperio sunt preces. Orat Gertrudis, sed responder Sponsum: Rem malam petere non potes: necesse te circum in presentiarum hanc precem non exaudire. Ibid. cap. 13. Quid hoc, vel quorsum hæc? Si res postulata haud perperâ, necesse est quòd concedatur gratia, ad hoc ut pateat quid propter Gertrudem vel difficile concedit, vel quid Gertrudis apud illum vult. Quò ergo intuitu repellit iura precum? Ut palam fieret, quantum Gertrudis dominium. Si non repelleret, haud cognosceretur, quantum posset. Necessaria fuit repulsa, ut Gertrudis rutilaret potentia: igitur gratia (non conveniens, si tunc Amans concederet) fecit Gertrudis, quòd concessa conveniret.

Eun-

Christus faciebat, quicquid Paulus optabat.

Cor utriusque unum.

Cassana Car. Christi Sponsum vidit Dominam & Reginam.

Item.

Facit Christum quicquid illa vult.

Cur cor eius uti possit?

Non possit, sed exigit.

Eius preces cum imperio.

Cassana

Vel dum repellitur, exauditur.

18 Eundem articulum petitionis Spon- sa vides in Virgine genitrice. Nuptiæ factæ sunt in Casa Gallæe, & erat ibi mater Iesu- quod etiam vocatus ipse & discipuli, quos du- dum congregaverat; ut in carne præsentia atruere, quod in primis parentibus insti- tuerat. Cœpit festivè epulum, ceterum defecit vinum: tuncque mater clementiæ, ne no- vi nupti vel paupertatis afficerentur rubore, vel quia nulla excusatio erat ut sine præpara- tione vini, sederent ad mensam Domini, illi dixit: Vinum non habent. Tunc filius: Quid mihi & tibi est mulier? Id est, nunc non expedit patrare miracula. Nondum venit hora mea. Ecce repulsa. Statim dixit Virgo ministris: Quodcumque dixerit vobis facite: & dixit eis Iesus: Implete hydras aquâ. Un- de facta gratia, illico ut audita repulsa. In- tentam vocat articulus cogitationem. Si faciet quod mater poscit, quam ob rem re- pellic matrem? Deinde. Si Virgo scit iam non oportere, dispositio ad miraculum qua- re? Si dum implorat auxilium, dicit filius, non expedit miraculum; cur ab ipsa repul- sa concipitur insalubriter gratia? Promam & volupè. Sanè pro tunc haud conducebat miraculum: non erat uti poterat prodigium, si pro matre faceret, modò gratia conveni- ret. Plus enim pro genitrice faciendum, ut claret eius dominium: scilicet, ut quod non oportet, oporteat; quod non convenit, conveniat. Poscebat mater, ob cuius obse- quium revocandum vel decerem expeditum. Non oportebat huiusmodi signum, ni mater peteret; sed quoniam petijt, oportuit. Absolutè negandum, respectivè conceden- dum; quoniam pendebat non convenientia vel convenientia in beneficio conferendo, ex eo quòd non peteret vel peteret Mater Vir- go: & ubi propositio gratiæ patitur iustè res- pulsam, Virgini deprecanti contulit gratiam: quia licet tunc gratiam concedi non oportet; fecit imploratio matris; quòd tunc gratia conveniret.

Acciden- dam nò se Eu- charistia cum tota prepara- tione.

Ioan. 2. 4. Verf. 5. Verf. 7.

Nihil ne- gatur à filio Vir- gini geni- trici.

Facit vel quòd da- namo- eas, sint proficua.

Exrepul- sa precil- pates Vir- gini domi- nium.

Gertrude petente oportet, quòd ni- posceret, nequa- quam oporteret

Matth. 16. 4.

ce signum magnum, conferte nempe Ger- trudi gratiam; quam ni peteret, merebatur repulsum. Demonstratur in utroque Gertru- dis imperium & erga illam Sponsi dilecti studium: siquidem quòd displicet, facit ut fa- ciat; & quòd non oportet, ut oporteat: Sæpe cor oppressum scribit lachrymis precem, & timet vel aliorum patrocinio repelli libel- lum supplicem, ubi iudex subscribit: Non oportet. Mortificatio, solamea, mollitudo, salus, infirmitas, absentia, libertas, delicia, blandimen, gratia, flagellum, exercitium & alia id genus, dum postulantur, sæpe repel- luntur; quia non congruit animabus isthæc voluntarietas: cui negationi iurè & placidè subditur prompta voluntas; etenim si qui ar- cte animas diligit gratiam postulatam ab- nudi, procul dubio non oportet. Alter ac- cidit, ubi preces diriguntur per Gertrudem. Necessè est, ut Sponsus exaudiat, non exau- dit precem; in hoc quòd palàm fiat eius po- testas; dum exponitur voluntas: igitur si be- neficium, quoniam non oportet, Sponsus negat; precibus faciet quòd denegatum ac- cipientem oportet.

Concedit Sponsus Gertrudi gratiam, quam re- pelleret, nisi ipse posceret.

Vel per illam exaudi- mur. Ioann. 14. 13. Eccl. 45. 5.

Sufficit vox Ger- trudi ut audia- mur. Rapit corda.

Amor or- natus clare & cordium balneo, Brixian Beneficium ve- nescium Prov. 22. 9. Philip. 1. 7. Verf. 8. Per Pau- lam om- nis mun- dus post- Christum abiit.

20 Non solum illam Sponsus audit: etiam ut sequatur delicijs Sponsus, exau- ditur qui in eius nomine petit. Quæ frustratæ preces in nomine dulci Gertrudis? Rutilat quoque in Gertrude, quòd miramur in Moyse, Audit enim Dominus eum & vocem ipsius: equidem amoris indicat magni- tudinem, inter tot deprecantes dilecti agno- scere vocem. Nos petimus, & vel indigni exaudimur; quoniam licet nostre preces, ascendunt ad tribunal voce Gertrudis. Per- penderem plus auctoritatum acuminâ, ne protraheretur ultra quàm oportet Didasca- lia. Hinc oritur, quòd Gertrudi subdantur cunctorum corda, vel illâ tantum auditâ.

21 Amor ut vidimus ex Chartario pictus cum duplici clave. A Brixiano describitur in Comment. Symbol. verb. Amor. num. 91. ornatus insigni clavium, sed cinctus ad mamillas balneo cordium. Quid novum? Claret beneficium venescium. Si amor studet gratiæ, corda sanè rapit, vel avellit de pectore. Uncus est donum: Animum autem auferit accipientium. Nescio an hoc sensu Paulus dicat: Quòd habeam vos in corde & in vinculis meis: etenim victos & victos ca- tenis beneficij, habebat omnes in corde. Plus addit: Vos in visceribus Iesu Christi. Bibl. Maxim. In cordibus Iesu Christi. Quota cor- da? Cuncta. An corda traxit universi, quia videbat Christum in pectore Pauli? Traxit corda in penetralla pectoris philtro amoris. Eius cor habebat claves gratiarum, & ut esset

esset ornatum, habuit etiam balneum cor- dium: etenim omnium corda rapuit Chris- tus in cor Pauli, philtro tanti beneficij: quip- pequam vel dum maior premeret corda ne- cessitas; & obvias habebant gratias, non so- lum expensis thesauris, sed ob Paulum, in cuius pectore fugebat, etiam profusus. Hinc Corinthijs dixit: In cordibus nostris estis: igitur per beneficia, cunctiorum habebat corda. 22 Quid quòd Gertrudis cunctiorum rapiat corda? Quid quòd in illam devotio plena? Quid quòd utilitas sequatur & obse- quatur dilectione & anxietate; si habet cla- ves thesaurorum Sponsi sedentis in dulci corde? Quid quòd homo pro commodo di- gnandus querat, quam tota Trinitas & im- pensè honorificat? Hæc licet faciens (dixit Sponsus, ubi supr. cap. 4.) non tamen satis fecisse mihi videor. Efficiam usque ad diem mortis eius intra me servo. Tunc tres opera- tiones sentiet admirabiles. 1. Quantâ gloriâ Pater vocavit. 2. Quo gaudio ego eam susci- pi. 3. Quam igneo, quâ suavi, quamque nulli mortalium perceptibili amore, Spiritus Sanctus mihi illam uniat. Quid ultra? Nihil. Aptius canam quam Profanus lib. 4. Metam. Fabul. 17. Crevit in immensum, se Dix statuisit, & Cum tot sideribus cælum requievit in illa.

Habuit homo in corde Pauli ob- vias gra- tias.

1. Cor. 7. 3.

Quæ ar- te corda Gertru- dis cun- ctiorum habuit.

Illam ho- norificat tota Tri- nitas. Callan.

Plena eharis- matibus.

Ovid.

DIDASCALIA V.

Studium fame crescit bo- nore.

Ovid. Chartar

Honor & Virtus. Cur cum lanceis

Ovid.

Proper.

Accinit Ovidius lib. 7. de Remed. Amor. etenim nulla virtus vi- detur procul illo; quoniam dum lucet mag- is, traditur probro. Comites individui sunt vel in dicatis temporis; & ut notat Chartarius in Minerva fol. 246. ornabantur unâ lanceis. Honor, ut defenderet Virtutem: Virtus ut protegeret Honorem: etenim sine virtute nullus honor, sine honore nulla virtus. Vel cœlestes finxit Naso, quia gaudebant virtute, vel in terris fatigantes de honore: quare lib. 5. Pastor. inquit: Nos quoque tangit honor: fessis gaudemus & aris. Turbaque cœlestes ambitiosa sumus. Et Propertius lib. 2. Eleg. 11. Laus in honore mori: laus altera, si datus vivo Possit frui, fruarè solus honore meo. 2. Ecce locus, quem promittimus Tauto- Tom. II. Taut.

log. 11. Didasc. 6. num. 4. pro defensione in- tegrîtatis Virginis-Matris, facta ab Ilde- phonso victis hæreticis: quippequam Mariæ cognoscentes virtutem, conati sunt linguis dissociare honorem, in quo nec primam si- militem vita est, nec habere sequentem. Re- torqueamus Profanus in mysterium. Ita er- go Ovidius ubi supr. Hinc facta maiestas, quæ mundum temperat omnem.

Quaque die partu est edita, magna fuit. Nec mora: confedit medijs sublimis Olimpo, Aurea purpureo conspicienda sinu. Confedere simul Pudor & Metus: omne vi- deres.

Numen ad hanc entus composuisse suos. Protinus introit mentes suspensus honorum: Fit protinus dignis; nec sibi quisque pla- cet.

Hic status in cælo multos permansit in annota. Inque novas species omne recepit opus. Terra feros partus, immania monstra, gla- gantes

Batit, auferos in Iovis ire domum. Fulmina de cæli iaculatus Iupiter arce, Vertit in auctores pondera vasa suos. His bene maiestas, armis defensa Deorum; Restat, & ex illo tempore culta manet. Describitur bellum & causa in conflictu Il- dephonsi pro Virgine-Matre: etenim cum in mentes hæreticorum intraret (quippe non visum) an creperum maternitatis & in- tegrîtatis privilegium, & vevena vomerent ex pectore putrido, serpentino conatu, au- si in Iovis ire domum, inexpugnabile puri- tatis ædificium, disingentes honorem & vir- tutem, ut negaret virginem vel matrem; fulmina eloquentiæ armigerâ veritate, ab ar- ce sapientiæ eiaculante Ildephonso, ut præ- rogativa Mariana constaret mundo, & in- strueret certamen in triumphos novos; ver- tit in auctores pondera vasa suos. His bene maiestas armis defensa lucet, & etiam ab illo tempore culta manet: quippequam status claruit in terra, quem uti novum celebrabant fidera & coruscavit honoris lætans lux, eius quæ ab ipsâ conceptione magna privilegio fuit. Magnum sanè dum claret, & Bona fama in tenebris propriam splendorem obtinet.

Si quidem estò veritas haud indigeret luce, studium famæ Virginis crescit honore.

3 Sphæra seu circulus emblema erat olim virginîtatis, & victoriæ, cuius imago habebat in manu figuram circuli: quod quid- em argumentum astruxit Faulstinæ numi- sma, in quo sphæra cum lemmate: Matrî Magna, uti observat Pierius Valerianus lib. Mumm

Virgini- tas & materni- tas Ma- ria ab hæreticis impugna- ta ab Il- dephonsa defensa.

Ovid.

Pier. ha- retico.

Pier. Syr.

Circulus seu spha- ra sym- bolum vir- ginitatis. Pier. Val.